



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-573864-p0001-1

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-573864-p0002-7

DFG


1643  
DISPUTATIO JURIDICA  
*exhibens*  
**POSITIONES QVAS-**  
**DAM MISCELLANEAS**  
*circa amplissimam CREDITI &*  
*DEBITI potissimum,*  
*materiam,*

*Qvas*  
**S S. Triade prosperante,**  
Indultu & Authoritate Amplissimi JCtorum  
ordinis in Incluta Academia  
Viadrina,

**PRÆSIDE**  
**Excellentissimo, Consultiss. atq; Clariss.**  
**VIRO**  
**DN. JOHANNE BRUNNEMANNO**  
Phil. & J. U. D. ibidemq; Profess. P. Ordin.  
Præceptore ac Promotore suo avi-  
ternum colendo,  
*Publicæ Eruditorum disquisitioni*  
*submittit*  
**VALENTINUS FRIDERICI,**  
Sedino-Pomeran.  
**Addiem 19. Octob. in Auditorio Majori,**  
*boris antemeridianis.*

---

FRANCOFURTI  
Prælo MICHAELIS KOCHII,  
ANNO Æra Christianæ  
ciclo XLIII.



## CUM DEO!

**S**i gravissimo Jcti Pauli monito, Quotidiana plenius attinguntur, l. 25. pr. ff. de Lib. Legat. aneps sanè bareo, an pulcherrimè crebrèq; Crediti & Debiti materiā, alia ad exercendum ingenium potior sit. Quid enim exulcerato hoc seculo; quo fidei, Martis direptiones, materiam, aut malitiosa hominum levitas pondus ademit, præcateris disceptationibus Judicium subsellia magis fatigat? Quid studiosa Juventutis animos inter pulpita ad usum forensim magis preparat, eandemq; alterum quasi oculum in Praxim hodiernam & stylum Curie intentum habendum esse, magis docet, quam utiles juxta ac difficiles de Credito & Debito disquisitiones? Qva cū locuplete quotidiana Experiencia teste satis constent, placeat aliis defecatas aboliti aut antiqui juris quæsivilias scrupulosè indagare, & sic ex Senecæ mente in non necessariis canescere, interim autem quotidie occurrentia ignorare, ego opera pretium me facturum speravi, si in presentiarum critis quasdam ex amplissima Crediti & Debiti materia exsurgentibus Positiones, pro ingenij tenuitate sub incudem revocarem. Qvod ut propitiis auspiciis & dextris judiciis exordiri atq; absolvere liceat, Ter sanctum Numen[ à quo rerum petenda primordia ] ardentibus supplex rogo votis.

### THESIS I.

Beneficium (a) cessionis bonorum (b) à L. Julia, cui libet (c) Debitori regulariter indultum, ipsam non (d) perimit obligationem (e), sed ijs debitoribus, qui (f) fortunæ (g) iniuitate citra culpam suam facultibus (h) lapsi sunt, in eo præcipue (i) prodest, ne debitis impares detrudantur (k) in carcerem, à quo illi (l), qui proprio vitio, dolo & malo more non solvendi faciunt, haut liberantur.

A 2

(a) Sic

(a) Sic respectu duri, quod in usu erat, juris; quo obserati ad servientem creditor i addicebantur, aut compedibus vinciti in privato Romanis quonda m licito, sed poste à sub pena L. Majestatis prohibito per l. 1. C. de privat. carcer. detinebantur carcere, Horom. illust. qvæst. 26. Eorū. 3. Misc. 18. n. 12. revera dicitur l. 1. l. 4. C. qui bon. ced. Wesenb. & f. n. 3. b. t. Sed quia lugubre etiam est, omnibus bonis ablatis ad miseram transportari vitam catenus flebile adjutorium, l. 7. C. b. t. & miserabile auxilium l. fin. C. d. t. vocitatur. (b) Omnium scilicet, qvæ tempore cessionis jure dominij ad cedentem spectant, ita ut in ea executio fieri vel ad alium transferri possint. Brun. de cess. bon. qvæst. 3. pr. n. 18. excusso ad ultimum usq; quadrantem debitore, Tholos. libr. 22. Syntag. c. 8. n. 3. Wesenb. & n. 4. d. t. seu ut alij loqvuntur, ad hanculum, saccum & peram usq; Petr. Jacob. in prax. tit. de Cessat. bonor. An autem ex juris civilis necessitate opus sit relinquare vestimenta & alimenta? Negativa comprobatur ex § 37. & seqq. & §. fin. l. de att. & ex l. inter eos. 19. & seqq. ff. de Rejudic. Dd. in d. S. 37. & l. Bachov. in Treutl. vol. 2. disp. 24. 0. 4. lit. D. (c) tam filiofamil. quam Patri, l. 7. C. cod. tam foeminae quam masculo, per d. l. 7. C. b. t. tam integræ Universitati quam uni personæ, Menoch. de A. I. cas. 183. num. 13. tam privati quam fisci debitoribus arg. l. 2. C. de exact. trib. l. 2. C. d. t. Job. Fab. in §. 8. l. de Societ. Dum modò debitum agnoscant, aut etià de eo condemnati sint l. pen. ff. d. t. Non molestatum autem à creditoribus non posse cedere bonis rectè notant Brun. q. 7. q. 4. pr. & ex eo Bachov. in Treutler. vol. 2. disput. 24. 0. 4. lit. C. (d) Sed debitori (nisi creditor solidum receperit) dilatoriam tantum parat exceptio- nem, Schneid. & Myns. ad §. fin. l. de Att. quâ conventus interim se tuetur usque dum ad pinguorem fortunam pervenerit, in quem even- tum de residuo rursus in id, quantum facere potest; & sic deducto ne egeat, rectè convenitur per §. ult. Inst. de Action. & l. 7. C. b. t. in fin. (e) Neq; Naturalem, neq; Civilem Myns. ad §. ult. Inst. de Att. n. 2. Schneid. ibid. n. 3. Brun. q. 19. pr. n. 3. (f) Hi vicissim in duo gene- ra subdividuntur: 1. Quidam possunt, & si carceris molestias evi- tare volunt, etiam tenentur cedere, ut sunt pleriq; omnes, qui sine cul- pa sua ex infortunio præcipue ad pauperiem devenerunt. II. Qui- dat, si volunt, cedere quidem possunt, ad id tamen non coguntur. Tholos. Syntag. l. 22. cap. 9. num. 9. Hujusmodi sunt (i.) qui incar- cerari

cerari nequeunt, ut Mulieres, qvæ ex speciali privilegio juris novissimi  
neq; propter fiscale debitum carceri includi possunt, *avt b. Sed bodie.*  
*C. de off. divers. jud. & avt b. Hodie novo jure C. de custod. reor. Ecclesia*  
*Brun. q. 2. q. 4. pr. & alia Universitates Schneid. ad d. §. fin. n. 4. (2.)*  
Qui beneficium competentiæ habet, ne ulterius qvam facere possunt,  
teneantur, ut, qui semel bonis cessit, *Schneid. ad d. §. n. 3. per l. 4. ff. b.t.*  
Nisi cedens renunciaverit huic privilegio, vel isti creditores, cum qvibus in  
bus post cessionem contraxit, urgeant. *Tboloſ. lib. 22. c. 8. num. 7. & 8.*  
Item Patronus & libertus, Parentes utriusq; sexus & alij, de qvibus in  
d. §. 37. & seq. & l. 16. & seqq. ff. de Rejudic. quorum catalogum hic  
texere pagellarum angustia & instituti ratio non patiuntur. (g) uti  
sunt, qui naufragia patiuntur, à latronib; aut piratis bonis exuuntur,  
vel alia insigni calamitate opprimuntur. Quid si suâ partim cul-  
pâ, partim infortunio decoixerunt? Hisce casibus judicis est, æ-  
stimare, culpâne an fortunæ vitium exuperet, & potiorem egestati cau-  
sam dederit. Si hoc, non omni commiseratione indigni: si verò illa,  
ad cessionis beneficium eos non admittendos esse, post alios concludit  
*Heig. part. 1. qv. 35. n. 49. & Meij. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 1. b. 102.*  
Qvod autem rigor juris Saxonici non usque qvaq; observat; qvi non  
modò carcerem publicum den *Schuldthurn per Nov. Elect. Aug. p. 2.*  
*c. 22.* sed etiam vincula privata in corpus debitoris, excluso cessionis  
beneficio, admittit, contra *l. ob es. 12. C. de O. & A. Dañer den Glau-*  
*bigen an die hand gewiesen wird/ bis er die Schuld los arbeitet oder los-*  
*sicht. Landrecht libr. 3. artic. 39. Weichbildt art. 27.* Quem tamen  
rigorem non contra omnem, sed fraudulentum tantum debitorem  
adhiberi posse, demonstrat *Heig. d. qv. 35. n. 58. & 63. (b)* ita ut so-  
lidum persolvere non possit ob extremam paupertatem, *Brun. qv. 16.*  
*q. 4. pr. n. 1.* Qvam ceu fundamentum suæ intentionis cessurus legit-  
mè ostendere, ac sine culpa sua, fortunæ vitio, post contractum conti-  
gisse, sufficienti fide allegare debet, *Brun. d. tract. q. 25. pr. Corbm. vol.*  
*1. consil. 19. n. 30.* (i) Hic enim à parte debitoris præcipuus est effe-  
ctus cessionis, quod à squalore & pædore carceris ac omni corporali  
cruciatu debitorem utut judicatu immunem reddat, *l. 1. C. b. 1. Brun.*  
*q. 3. pr. n. 1.* aliâs etiam Arrestum relaxat, *Peck. de jur. sift. c. 31. n. 8 ab*  
*Obstagiis ( olim licitis, nunc autem novissimâ Imp. polit. constie. de*  
*Anno 1577. substit. Von wucherlichen Contracten 17. §. Wiewol auch*

pen. prorsus abolitis) liberat, *Gail.* 2. *obs.* 45. n. 6. & efficit, ne ante, quād ad lautiorem conditionem debitor pervenerit, inquietari possit l. 7. *in fin.* C. b. t. & l. 4. §. 1. ff. *ead.* (k) aut jam intrusi ab eo libentur, *Schneid.* *ad* §. ult. *Inst.* *de Act.* n. 2. (l) Ex his præcipui sunt: 1. Mensæ argentariæ eversores s. Bancruptores, qui foro dolosè cedunt, & multorum pecuniis interceptis contra fidem publicam, quam dederunt, cum multorum pernicie solum vertunt. *per Ord. Polit. de Anno 1577. tit.* Bon verdorbnen Kaufleuten 23. 2. Res suas in fraudem creditorum alienantes *arg.* l. *fin.* §. *fin.* ff. *qua* in *fraud.* *cred.* *Brun.* qv. 28. q. 4. pr. n. 1. *Wurms.* *tit.* 28. *obs.* 4. n. 16. Ita ut recuperari planè non, aut difficulter possint, velut ire in hominem potentem aut rixosum alienatā *Mys.* *in* §. *fin.* I. *de Act.* n. 4. *Schneid.* *ad* §. 6. I. *de Act.* n. 28. Si autem recipiatur cessioni locum esse, docet *Brun.* qv. 28. q. 4. pr. n. 6. 3. Spe cessionis dolosè contrahentes, *Brun.* q. 30. q. 4. pr. n. 1. si de ea voluntate liquidò appareat *Tbolos.* d. c. 9. n. 10. Qibus 4. partes sunt iij, qui tempore contractus se solvendo non esse sciunt *Mys* *in* d. §. *fin.* *de Act.* n. 16. & *Schneid.* n. 10. idque agunt, ut creditores decipiunt, *Brun.* qv. 31. q. 4. pr. aliás erronea magis spes de patrimonio præsumitur, quād dolus, & creditor sibi imputet, quod non inquisi- verit in conditionem illius, cum quo contraxit *per* l. 19. pr. ff. *de R. I.* 5. Debitores ex maleficio *Tbolos.* l. 22. c. 10 n. 1. *Mejer.* d. t. 3. b. 5. *in fin.* indignus quippe legis beneficio est, qui contra II. facit, & criminatus semetipsum pœnæ subdidisse dicitur, neque damnum sentire videtur, ubi propriâ causâ in id incidit *Heig.* q. 35. n. 50. *Ant. Fab.* *in Cod. suo b. t. def.* 4. & 5. *Brun.* q. 4. pr. n. 5. & q. 17. qvæst. 41a. *Julius Clarus lib.* 5. *sent.* §. *fin.* q. 95. n. 5. *Covarr.* d. l. 2. *resol.* cap. 1. n. 8. *ex l. Impp.* 34. *de jur. fisci* & l. *quod quis 203. de R. I.* & locum hic reperit vulgatum: Qui non habet in ære luat in corpore. 6. Banniti, quādīu à banno nondum absoluti, Privilegorum juris communis incapaces extra fidem & clientelam Cæsaris ac Imperij, ut abscissa membra circumvagantur, *Gail.* 2. *de PP.* c. 6. n. 22. Recensitis Dd. accensent 7. illos, qui ad rem aliquam adhuc existentem in specie adstricti *Brun.* q. 12. q. 4. pr. aut 8, ad factum aliquod obligati sunt, hi enim quādīu eis præstandi facultas est, semper solvendo intelliguntur. *Coler.* *de proceß. part.* 1. *cap.* 9. n. 78. & *Salic.* *in l.* 1. n. 6. C. qui bonis &c. aut 9. facultati cedendi bonis renunciarunt, *per tradita Covarr.* d. l. num. 7. *Coler.*

*Coler. de process. part. I. c. 6. n. 85. aut 10. Inducijs moratorijs à posteriori creditorum parte concessis antea usi. Mej. d. tit. 3. 8. 5. in med. aut ex alia causa ad cessionis beneficium non admittuntur. Sed hæc levi digito h̄ic attigisse sufficiat. Malè tamen vulgo excipiuntur, q̄i debitum negarunt. Nam per l. i. C. q̄i bon. ced. etiam judicatus cedere bonis potest, & certi sunt casus, in quibus negans jure suo cadit, ut recte Harprecht ad §. ult. I. de Aet. n. 18. Facbin. lib. 13. cont. 69.*

I I.

**Creditor** (a) etiam debitorē (b) suspectum (c) de fuga Arresto (d) detinere, fugientem quocunq; loco (e) & tempore (f) capere, (g) & captum Judici (h) ad publicum carcerem præsentare (i) nō prohibetur. Qvi tamen tām arrestum quām capturam idoneā (k) præstata Satisfatione relaxare (l) debet.

(a) Non tantūm Principalis, sed etiam Cessionarius, arg. l. 2. C. de donat. Item creditoris hæres, arg. Nov. 48. pr. Boer. decis. 5. in fin. & ipsius Procurator cum generali mandato, Caccialap. de Debit. suff. 2. qvæst. pr. arg. l. 2. ff. de Jurisdic. & simil. nisi ex circumstantijs verositatem sit, noluisse hanc viam Creditorem arg. l. 39. §. fin. de Procurat. Peck. de jur. suff. cap. 3. n. 3. & exhibens literas cum clausula, Ejus qvā has feret, per tradita Peck. d. l. n. 5. ut & hospites & caupones pro consumptis, Coler. de process. p. I. c. 2. imò consors litis, socius pro socio, conjuncta persona pro altera conjuncta. Qvod pluribus & diversis authoritatibus, legibus atq; annotationibus roborat Peck. d. cap. 3. per tot. (b) tam Clericum in Ecclesiastico arg. C. cum venissent in verb. vellent procedere, de Eo qvī mitt. in possess. Peck. d. l. n. 11. & Boer. decis. 349. n. 11. quām Laicum in seculari foro, qvod indubitate juris: tām in diem, quām purē debentem arg. l. qvæstum 14. ff. de pign. Peck. d. l. n. 7. Coler. de process. p. I. cap. 2. n. 99. Berlich. p. 2. Concl. 73. n. 28. tām civem, quām forensem s. peregrinum cum re nostra dolosè abiurientem, arg. l. 3. ff. de pign. act. cum qvibus tamen si quis contraxit, sciens illos statim recessuros, postea eos ut suspectos ibi ad cautionem de judicio sisti præstandam compellere non potest, sed fidem illorum videtur

videtur secutus, Peck. d. c. 4. n. 5. per l. 19. §. 2. ff. de jud. & ubi quia &c.  
(c) si non levis sed gravis ac valde probabilibus conjecturis subnixa  
sit suspicio, aliquem primo quo licet momento discessum furtivum  
paraturum. Causas autem facientes personam suspectam varij varias  
reddunt. Quidam gloss. in l. Si fidejussor 7. §. fin. ff. qui satisdat. cog. se-  
quuti quatuor esse ajunt: 1. Non possidere immobilia. 2. Pauca  
immobilia possidere. 3. Mali mores. 4. Improbitas anteactæ vitæ,  
qvæ tamen de necessitate non requirantur copulativè, sed nonnun-  
quam sufficiat alterum arbitrio judicis, Angel. n. 5. de Seqvest. Curt. de  
Seqvest. q. 2. pr. n. 33. Gail. 1. Obs 148. n. 7. cuitamen, duas priores u-  
no paupertatis vocabulo exprimendo, ternarius placet numerus. Nos  
cum grano salis prædicta intelligenda esse putamus, & circa causan-  
dam suspicionem potius tempus contracti debiti, creditoris probabi-  
lem ignorantiam, debitoris mutationem status, & summatim Perso-  
narum qualitatem & debiti quantitatem consideranda ac totum ne-  
gotium circumspeti judicis arbitrio committendum esse colligimus  
cum Menoch. de A. I. Q. 1. 2. cas. 87. per tot. cum qvo conjungendus  
Berlich. p. 1. conclus. 73. n. 82. & seqq. (d) necessario sc. sive judici-  
ali, qvæ sine causæ cognitione, judicis decreto & licentia decernitur,  
Gail. de Arrest. Imp. c. 1. n. 7. Et hoc, sicut Conventionale seu volun-  
tarium ex conventione partium ortum ducens, in omne civili causa  
non est permisum, sed regulariter de jure communi prohibetur, ac in  
nostro & aliis valde singularibus casibus tantum toleratur, ubi rerum  
necessitas efficit, ut ab executione contra l. i. C. de execut. rei judic. in-  
cipiatur, & etiam ante judicatum, æquitatis intuitu permittatur de-  
tentio Peck. de jur. sist. c. 2. n. 4. Imò in casibus etiam permisis periti  
judices non debent ad petitionem cuiuslibet arresta indiscretè decer-  
nere, das Kummer Recht nicht als baldt vnd unbedächtlich verstatte/  
sed prius causam summarie saltē examinent, arrestandi personam—  
bona, domicilium & chirographi aut testium fidem explorando, Gail.  
d. cap. 1. n. 11. Caccialup. de debit. susp. quest. 6. per tot. Coler. d. cap. 2. n.  
104. & seqq. In casu autem nostro non solùm jure permisum & utile,  
sed etiam necessarium remedium esse, ex eo inter alia apparet, qvod  
nec citatione præviâ opus, aut si ea forte intervenerit, etiam pendente  
lite, qvâ aliâs nihil innovandum, l. i. ff. nibil nov. appell. interp. arre-  
stari qvis possit & urgeri ut caveat de judicato solvendo. Peck. de jur.

sist:

ff. c. 4. n. 6. Gail. de Arrest. Imp. parfim. Menoch. de A. I. Q. lib. 1. cent.  
I. cap. 87. Coler. d. c. 2. n. 106. Berlich. d. Concl. 73. n. 46 & 57. (e) ubi fuerit inventus, Gorbof. ad l. 1. C. ubi quis de curial: vel cohort. &c.  
per eum textum. Et sic in alieno territorio, in quo nec debitum con-  
traxit, nec alia de causa forum sortitur. Qvod perpetuo menti tenen-  
dū esse monet Cacc. quæst. 7. n. 3. de Debit. suff. (f) etiam die feriato,  
Berlich. d. concl. 73. n. 50. non modo ob necessitatem hominum, de  
hoc n. expeditum est, qvod & executio tunc fieri certas ob causas pos-  
sit, per c. fin. de judic. sed ob honorem quoq; Numinis sacro, ad hunc  
sc. finem, non ut judex cognoscat, sed ut debitor caveat de stando in  
judicio Schneid. ad pr. I. de Act. n. 15. ex gloss. sing. in l. fin. C. de feriis.  
(g) Judici tamen prius fidem de magno, certo, & liquido debito Cacc.  
d. tract. q. 3. n. 2. Schneid. ad pr. I. de Act. ad verbum in judicio, n. 16.  
non quidem per modum processus, sed per exhibitionem saltem obli-  
gationis vel productionem summariam testium, qui contractui vel nu-  
merationi interfuerunt, facere, suspicionem fugæ probare, eamq; post  
contractum demum supervenisse, demonstrare debet. Cacc. q. 6. pr. n.  
1. Gail. 2. obs. 44. n. 8. Si n. illius conditionem probabiliter non igno-  
ravit, aut sciens prudensq; cum suspecto contraxit, prehensio non ha-  
bebit locum; & damnum creditor suæ imprudentiæ imputare debet l.  
145. ff. de R. I. & l. 1. in fin. ff. de act. empt. Gail. & Cacc. præall. loc. Me-  
noch. de A. I. cas. 87. n. 15. Coler. d. c. 2. n. 107. Si autem judicis præ-  
sentia statim & sine periculo fugæ haberi non possit, etiam propriæ  
authoritate per l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. Bar. in l. dies festos. 10.  
C. de feriis, n. 1. Schneid. d. l. & Coler. d. l. n. 97 & 100. Melius enim est  
in tempore occurtere, quam post exitum vindicare l. 1. C. quād. lic. sine  
jud. &c. (b) Loci se, ubi capit, ordinario, licet, alias incompe-  
tent. Talis enim debitor exceptionem incompetentiæ opponere non  
potest Cacc. d. tract. q. 4. pr. n. 2. Berlich. d. l. n. 48. (i) Si enim ca-  
ptū in domo sua propria vel alibi in privata custodia ultra 20. horas de-  
tinet, incidit in pœnam privati carceris per l. 1. C. de priv. carc. junct. l.  
capite 25. ff. de Adult. Coler. de process. p. I. cap. 2. n. 98. Cacc. q. 12. n. 1.  
Berlich. p. 1. Concl. 73. n. 26. (k) fidejussoribus sc. vel pignoribus  
gebührliche Caution, Gail. de Arrest. Imp. c. 3. n. 4. & quidem de stando  
juri in judicio competenti & judicato solvendo. Peck. de jur. fist. cap. 31.  
n. 2. Nisi arrestatus sit egregia & illustris persona, quo casu juratoria  
cautio

B

cautio; quæ alias insufficiens dicitur *Jaf.* in l. si fidejussor. 7. §. fin. ff. gri  
fatisd. cog. n. 18. *Jac. Schultes ad Mod. Pif.* p. 3. qvest. 110. n. 27. usu fe-  
rensi etiam admittitur, attestante *Peck. d.* cap. 31. n. 5. Cum alias istius-  
modi personis civitas pro carcere detur, fideiq; illarum credatur, wann  
sie ihre Handt von sich gegeben. Id quod in viro, qui est honestæ & pro-  
batæ vitæ, si propter paupertatem reperire fidejussorem non possit statu-  
endum *Gail. t. obs. 148. n. 6. Jac. Schult. d. qvest. 110. n. 29. & seq.*  
Reichs Abschied zu Speyer Anno 1570. Swann auch die Arreste. (l) ut  
postea viâ ordinaria' coram judice competenti super justitia causæ &  
Arresti aut capturæ agi possit. *Gail. d. c. 3. n. 12. & cum ipso Practico-*  
*rum antesignani.*

### III.

Si autem pactum est initum (a), quo debitor (b)  
creditori potestatem ingrediendi & occupandi bona  
(c), pecuniâ in termino (d) non solutâ concessit (e).  
Creditor ingrediens propriâ authoritate bona, vim  
qvidem non facit (f) vitiosè tamen possidet (g).

(a) tale pactū LL. quodammodo admitti & probari ex l. pen. C. de  
pign. act. & l. 3. C. de pign. apparet. (b) justæ ætatis, sanæ mentis ac libe-  
rā bonorum administrationē habens, & summatim talis, qui ex pacto  
obligari possit *Wes. de pact. n. 5.* (c) non jura & actiones ipsi compe-  
tentes, quæ etiam appellatione bonorum veniunt per l. 49. ff. de V. S.  
sed res corporales l. 3. pr. ff. de adquir. vel amitt. poss. l. 4. §. 27. de Usu  
cap. & præcipue immobiles. (d) qui in ipsa conventione utriusq;  
consensu solutioni expressè præfixus & semper expectandus est, nisi  
sit justa causa suspicione de fuga *arg. l. quesitum. 14. ff. de pign. & ibi*  
*Goebof. Negus. de pign. part. 4. pr. n. 15.* (e) quod facere ex parte non  
prohibetur, cum suæ quisq; rei sit moderator atq; arbiter l. 21. C. man-  
dati etiam abutendo l. 25. §. 11. ff. de petit. hered. (f) per text. expr.  
in l. credores. 3. C. de pignor: quemadmodum nec furtum commisit,  
qui rem sibi pigneratam aufert, per l. cum creditor ss. ff. de fure. (g)  
Nam expressè dicitur in d. l. 3. C. de pign. quod authoritatem Prætoris  
adhibere debeat, quæ verba de Urbanitate explicare cum Interpretibus  
nimis frigidum videatur, cum deberi quid dicatur, quod ab invito ex-  
torquerä

corqueri potest per l. debitor. 108. de P. S. & verbum DIBET necessitatē importat non urbanitatem arg. l. 1. pr. ff. de Edendo. Et omnino qvi talēm conventionis legem exercet, Prætoris autoritatem negligit & sibi jus dicit, qvod summam habet iniqvitatem l. un. C. ne quā in sua caus. judic. l. Julianus. 17. ff. de judic. l. 10. ff. de jurisd. Et eatenus tantum pactum privatorum servat Prætor, si jurisdictionis formam, si jus publicum, si judiciorum tutelam non evertat impugnetve. l. jus publicum 38. l. inter debitorem. 42. ff. de Paet. & sim: & qvibus aliquis non invitatur ad delinquendum l. 5. ff. de paet. doral: nec qvicquam pro Dd. facit l. pen. C. de pign. act. ubi jussus, judicis & pactum partium æqviparari videntur. Præterquam enim qvod argumentum in LL. Codicis à contrario sensu non procedat, responderi etiam potest, qvod hunc sensum admittat lex, qvod creditor ita possit auferre rem, si in præsentia id vel præses jubeat, vel debitori cum creditore conveniat, qvæ sententia benignior est. Vaudus lib. I. quaest. 9. Et certè dum Dd. varias addunt limitationes vix tamen carent, qvo minus tumultibus ansa præbeatur talibus occupationibus privatâ authoritate factis. Nec dici potest verè tradita hic possessio, qvâ tamen, non pactis transferetur dominium & possessio l. 20. C. de paet: Atq; hanc sententiam expresso textu & manifesta ratione juris atq; æqvitate subnixam & transqvillitati Reip: conduceant tuetur Donell. in d. l. 3. C. de pign. & Vaudus q. 13. per tot. eaq; procul dubio in judicando, licet contraria communis, sequenda.

#### IV.

Et filium famil. ex omnibus contractibus suis efficaciter (a) obligari, indubitati juris est: ille (b) tamen adversus Creditorem (c), qvi ipsi inscio (d) Patre mutuam dedit (e) pecuniam (f), validam habet (g) SCti Macedoniani exceptionem, qvam ne renunciatione (h) sibi adimere potest, ut autem cādem nec semper (i) tutus sit, nec solutum repeti (k) possit, & Naturalis (l) & civilis juris æqvitas svadet,

(a) & Naturaliter & Civiliter l. filius fam. 39. ff. de O. & A. & l. tam  
ex contractibus. 57. ff. de jud. & ubi &c. è pecunia tamen mutua contractu in effectu non tenetur Gometz 2. var. ref. 6. n. 2. cum SCti. exceptio faciat, ut perinde sit, ac si actio denegaretur vel non daretur arg. l. 54. ff. de cond. indeb. (b) sive in potestate l. 1. pr. ff. ad SCti. Maced. sive morte parentis vel emancipatione sui juris factus §. 7. I. Quodcum eo. dum tamen filius famil. mutuo acceperit d. §. 7. nec interest cuius sexus l. 9. §. 2. pr. ff. d. t. aut dignitatis d. l. 1. §. fin. ff. eod. modò dignitas nō liberet è potest. patria Gl. in d. § fin & ibi Castr. Bach. in Treuel. vol. 1. disp: 20. 8. 7. lit E. Bened. Carpzov. Jurispr. p. 2. const. 10. def. 17. ubi tamen Nobilitate rectissime id negat. filius an nepos l. 14. ff. & l. 6. C. eod. Nec ipsis solis hoc SCto subvenitur, sed etiam qualicunq; successori ac hæredi filiifam. qui Paterf. decessit l. 7. § 10. ff. d. t. ut & avo ac patri ipsis actione de peculio convento §. 7. I. Quodcum eo. etiam si nummi in peculio adhuc existent, aut filiifam. ornamenta ex iis sibi comparaverit l. 9. §. 2. ff. eod. Item fidejussori filii d. l. 7. in fin. pr. & l. 9. §. 3. d. t. nisi donandi animo vel patris voluntate intercesserit. Imò filiifam. institutori succurritur l. 7. §. 11. ff. d. t. actio tamen institutoria contra præponentem ex contractu filiifam. datur d. §. 11. (c) ut & ejus successores d. l. 7. §. 6. & socios d. l. 7. § 7. nec solùm adversus privatam sed etiam adversus civitatem l. 15. ff. d. t. dummodo hi omnes sciverint vel scire potuerint, ipsum esse filium f. l. pen. ff. d. t. nec tales sint personæ, quæ mutuum dare nequeunt, quvarumq; ignorantia excusat, ut pupilli, aut quibus aliás succurritur, quales sunt minores l. 3. § 2 ff. eod. & l. 9. in fin. pr. ff. de jur. & fact. ignor. (d) aut etiam gnaro sed vetante aliás non l. 7. §. 11. ff. & l. si permittente, q. C. eod. (e) per se an aliū, directò an indirectò arg. d. l. 7. §. 7. sub usuris sive sine usuris dederit, perinde est d. l. 7. §. 9. ff. d. t. (f) numeratā sc. non aliā rem fungibilem, pondere, numero, vel mensurā consistentem l. 7. §. 3. ff. d. t. licet pecuniæ verbum latissimè pateat l. 178. & l. 222. ff. de V. S. & ibid. Gædd. sumus enim in materia odiosa, in qua stricta sit interpretatio c. odia, de reg. jur. in b. Motz. de mut. n. 21. Gometz. 2. var. ref. 6. n. 2. lit. D. etiamsi ergo creditores ex aliis contractibus cum filiof. celebratis in creditum abierint, SCti. non officit l. 3. §. 3. ff. d. t. & origo obligationis potius, quam titulus actionis perpendendus venit l. 3. C. eod. nisi fraus SCto sit excogitata, ut qui filiofam. pecuniam credere

credere non potuit, magis rem ei vendat, ut pretium habeat in mutui  
vicem, d. l. 3. §. 3. ff. d. t. aut colorata fidejussione, alio principali da-  
to, eum obstringat, cum nihilominus res aut pecunia ad ipsum perve-  
niat l. 7. pr. ff. d. t. (g) non solum ante, sed etiam post sententiam  
diffinitivam, si forte omissa text. est in l. 11. ff. ad Maced. Gometz. d. n. 2.  
Donell. lib. 12. Comm. c. 25. (b) de simplici res expedita est, qvia nō  
est principaliter inducta suo favore, sed alterius tertij vel patris Gometz  
2. var. resol. 6. n. 2. cui præjudicare non debet, arg. l. 6. C. de LL. Fa-  
chin. lib. 2. Cont. 61. Covarr. in c. quamvis. part. 2. §. 3. n. 4. de pact. in b.  
Zang. part. 3. de Except. cap. 12. n. 67. Quid autem si juramento inter-  
posito huic SCto renunciaverit? Nodosa & intricata est qvæstio, in  
qua enucleanda JCTorum proceres anxiè desudant. Nos opinionib⁹  
diversissimis ac rationibus pro & contrà curiosè adductis, studio bre-  
vitatis, discursui D E O dante reservatis, saniorem & probabiliorem  
opinionem esse existimamus eam, qvæ juramentum hoc à filio servan-  
dum esse statuit cum Sersero lib. 1. cap. 13. n. 10. Facbin. 2. contr. 61. per  
vulgaris. cap. cum contingat X. de jurejur. & Covarruv. in cap. quamvis.  
part. 2. §. 3. n. 4. de pact. lib. 6. in quam etiam inclinat Anton. Butr. in  
c. cum contingat. num. 14. (i) Cessat enim SCti exceptio: 1. Si fili-  
usfamil. habeat bona castrensia l. 1. § fin. cūl. seq. ff. eod. Sed quid in  
peculio q: castrensi? Eum tantum ad quantitatē peculij quasi castren-  
sis teneri probabile est arg. l. 2. ff. d. t. Zang. de Except. d. c. 12. n. 66.  
Don l. 12. c. 24. 2. Si se patremf. simulavit vel mentitus est, ac publicē  
contrahendo & muneribus fungendo, justam credendi causam ha-  
benti fidem fecerit. l. 3. pr. ff. d. t. 3. Si filiusfamil. liberam etiam pe-  
culij administrationem habens, alij filiofamil. credidit, mutua enim  
pecunia non fit, ideoq; pater numeros vindicat. l. 3. §. 2. v. si filiusfam.  
ff. d. t. 4. Si in eam rem pecuniam accepit, qvæ patris oneribus alijs  
incumbit, ut si studiorum vel legationis causa alibi degit & ob neces-  
sarias causas pecuniā indigeat l. 5. C. & l. 7. §. 13. ff. eod. quod Zang.  
d. cap. n. 54. à Creditore probandum esse putat. aut etiam in alias ne-  
cessarias causas l. 47. in fin. ff. de solut. mutuam accipiendo pecuniam,  
modum probabilem s. eam quantitatem, quam patris pietas alijs hanc  
recusavit subministrate, non excessit l. 7. §. 13. ff. & l. 2. C. d. t. licet  
eam perdiderit d. l. 47. ff. de solut. 5. Si illa in rem patris versa sit,  
aut versa videatur, l. 7. §. 12. ff. d. t. videlicet, si patre absente pecu-  
niam.

niam mutuam pro sorore l. 17. f. d. t. aut propria filia in dōtem dan-  
dam sumpsit, d. l. 7. §. 2. ff. d. t. qvāsi tunc dōs nepti ab avo esset pro-  
fēta l. 5. §. 8. ff. de jēr. dōt. Si autem rem patris pignori dedit, ea non  
tenetur, Filius autem si patri hāres extiterit, & pignus perseqvatur, ex-  
ceptione doli submovebitur d. l. 7. §. 2. 6. Si accepit pecuniam ad  
solvendum ei, qvem aliās SCti exceptione summoveare non posset l. 7.  
§. 14. d. t. 7. Si quasi ex mandato patris accepit pecuniam, & postea  
per literas illud patri significavit, qvi eas recepit & contrarium nō  
protestatus est l. 16. d. t. 8. Si pater mutuum filij solvere cāpit, qvāsi  
ratum babeat l. 7. §. 15. ff. d. t. 9. Si filius fam. novatione factā pro  
alio promisit l. 13. ff. d. t. 10. Si pater fam. factus propriam obligati-  
onem novavit l. 2. C. cod. aut rem pignori dedit. Qvo tamen casu nō  
omnino sed usque ad quantitatē pignoris SCt. cessat l. 9. ff. d. t. aut  
partem solvendo debitum agnovit l. 7. §. ult. Sed an totum debitum  
agnovisse videatur qvāritur? Qvod cum Glos. & Caſtreñ. aff. Trent.  
d. dīſp. 20. §. 8. qvām ſententiam probabilem reddit connexio d. §. ult.  
cum l. 8. & l. 9. in pr. licet recedat ab ea ibidem Bacbov. Et alijs non-  
nullis modis, de qvibus Dd. fūſiſ. (k) Ipſe filius fam. à ſe ſolutum  
zqvē ac ejus fidejūſſor ſine patris voluntate pro illo ſolvens, nunqā  
repetit, l. 9. §. 4. ff. d. t. ſive ſcienter ſive per errorem ſolverit, l. 14. ff.  
de reb. cred. in fin. extantes autem nummos à filio ſolutos Pater vindicat  
d. l. 14. ff. de reb. cred. pr. non ipſe, licet patri ſuo hāres effectus  
l. 26. §. 9. de condic. indeb. (l) l. 14. de condic. indeb. & l. jure natu-  
rae 206. f. de R. I.

## V.

Mutuum gratuitum (a) eſſe debere, omni caret  
ſcrupulo, Creditōr tamen ex conventione (b), Anti-  
chresin (c) interdum habet: quemadmodum ultra-  
fortem ut uſuras (d) ceu juſtum Interelle (e) pro loci  
conſuetudine (f) petat, nec Divino (g), nec Cano-  
nico ſimpliciter (h), multò minūs Naturali (i), aut  
Civili (k) jure interdictū eſſe, indubitātē colligitur.

(a) l. II. §. 1. ff. de reb. cred. (b) qvā ut hodie frequentiſſima: ſie  
propter

propter incertum proventum ac pretium fructuum æqua & licita esse  
videtur, l. 14., l. 17. C. de Usur. l. 11. §. 1. de pignor. l. 33. pignor. act.  
etiam si fructus legitimum usurarum modum aliquantum excedant.  
d. l. 17. C. de Usur. Si enim excessus ille nimis est magnus tum antichre-  
sin non subsistere putamus cum Benedict. Carpzov. p. 2. Jurisprud. Conf.  
30. def. 41. Quid si mutuum Agricolis datum sit? Ab his legitimas qvi-  
dem usuras, jure Civili, stipulari, Antichresin autem pacisci, plane nō  
permittitur. per Nov. 32, 33. & 34. Cujac. in d. Nov. 32. Rittersbus. in  
Nov. p. 3. c. 10. n. 21. (c) ut hæc contrahatur docet Martian. 7 Cris  
in l. si is qui bona, II. §. 1. de pign. & hypotb. (d) temperatas sc. quæ sine  
fraude & damno proximi ex mutuo lucrū facientis illæsā conscientia  
peti possint, non turpes, mordentes & qvotam ab æqvabili lege vel  
consuetudine Locis taxatam excedentes, qvas ceu pestem Reip. exter-  
minandam & detestandum fœnus animaq; funus Canonici & Schola-  
stici Dd. cum S. Patribus & magni nominis 7 Cris optimo jure damnant,  
harum exactores homicidis, latronibus, furibus & Harpijs ad inopes  
deglubendos qvæsi natis ambagiosè comparantes. (e) non tantum  
damni emergentis arg. c. pervenit. 2. X. de Fideiuss. sed etiam, ob mo-  
tam, lucri cessantis, per c. fin. X. de Usur. Panormit. in cap. conqvestus.  
n. 6. X. de Usur. Hartm. Hartm. lib. 2. cap. 1. miscell. observ. 17. n. 1. Gail.  
2. obs. 5. n. 15. Qvod creditor probare tenetur, & si sine certâ quanti-  
tate probatum fuerit, judex per pensâ probationum qualitate, ex offi-  
cio ejus quantitatem taxare, & in eam, juramento præsertim credito-  
ris confirmatam debitorem condemnare debet per tradita Heig. part.  
2. q. 2. n. 35. (f) qvæ vim legis obtinet, & non minus qvam jus scri-  
ptum observanda est per l. 32. 33. & 35. ff. de LL. Sic in Imperio Ro-  
mano usuræ Qvincunces licite, majores autem sub poena amissionis  
quartæ partis sortis rejiciuntur Reform. Polit. Augspurg Anno 1530.  
tit. Boni uicherlichen Contracten. Item Reform. Polit. Anno 48. eod.  
tit. & Reform. Polit. Francofurt. Anno 1577. tit. 17. (g) Deut. 23. v.  
20. Levit. 25. v. 35. & seq. Hinc Molin. de Usur. in pr. n. 10. & seq. arg.  
vers. 12. Matth. 7. cap. non abs re colligit, interesse in his & similibus.  
Scripturæ locis non prohiberi & damnari, nisi in quantum ab ego no-  
peretur contra charitatem proximi. Qvod de justo Interesse nemo af-  
ferere poterit. D. Meissn. p. 3. Sober. Philos. Sect. 1. cap. 6. q. 1. (b) arg.  
c. fin. X. de Usur. Hinc Bocer. class. 4. disp. 20. 8. 8. Totum tit. X. de Usur.  
de mar-

de mordentibus solum loqui, & Heig. p. 2. q. i. n. 134. magis abusum  
rei per se non male, quam ipsum usum damnari, haut inepte conclu-  
dunt. (i) nam sine alterius injuria, propriæ utilitati servire conce-  
sum est: nec repugnat Naturæ, ut cum Cicerone rectè sentit Boer. d.  
diff. 20. θ. 7. facit sententia Apostolica 2. Cor. 8. v. 13. Relaxatio alio-  
rum non debet esse nostra afflictio. (k) Nov. 72. cap. 7. & seq. Nov.  
136. cap. 4. & Nov. 138. ut & Novissimis Imperij placitis Reichsabschied  
de Anno 1500. tit. Von Wucherlichen Contracten, & d. Ord. Polit. de  
Anno 1530. ac 1548. tit. cod. Cessent igitur Justinianomastiges in Cel-  
lissimum Imper. justas leges ferentem maledicentæ virus iniquè eva-  
mere, contrà autem cum cordatis seriò exoptent, ut magistratus officij  
sui memores foeneratorum indies crescenti obviam eant perversitati,  
& ad modum aliquem probabilem, justo Interesse aut Qvincuncibus  
usuris; ut vocant, in Republ. sua locum potius concedant, quam ut  
ad civilis disciplinæ repagulorum relaxationem connivendo, otioso  
Naturalium juxtâ ac Baptizatorum hujus seculi Judæorum ordini an-  
sam præbeant, sub speciosis Cambiorum, aliorumq; contractuum no-  
minibus impunè in bona innocentium pauperum grassandi. Sed ma-  
num de tabula. Hæcce pauca ex amplissima ac difficulti Credi-  
ti & Debiti materia pro instituti ratione & ingenij modulo  
delibasse sufficiat.

### Mantissa ex Jure Feudali.

- I. Vasallus Imperatoris, alterius Principis in Imperio con-  
stituti, quo ad certa bona Landsassius & subditus es-  
se potest.
- II. Deficientibus allodialibus executio in bonis feudalibus  
fieri non prohibetur.
- III. Simultaneam investituram, die Sampitbelehnung/ non  
nisi consentiente Possessore concedi posse, longus  
approbavit usus.

Moniti meliora seqvemur.

SOLI DEO GLORIA,






SC

V817





## Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Inches | 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8  
Centimetres | 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1643  
10  
**FATIO JURIDICA**  
*exhibens*  
**ONES QVAS**  
**SCELLANEAS**  
issimam CREDITI &  
BITI potissimum  
materiam,  
*Quas*  
riade prosperante,  
horitate Amplissimi JCtorum  
is in Incluta Academia  
Viadrina,  
**PRÆSIDENTE**  
no, Consultiss. atq; Clariss.  
**VIRO**  
**NE BRUNNEMANNO**  
ibidemq; Profess. P. Ordin.  
re ac Promotore suo avi-  
ternum colendo,  
Eruditorum disquisitioni  
submitit  
**INUS FRIDERICI,**  
dinô-Pomeran.  
ctob. in Auditorio Majori,  
is antemeridianis.  
**RANCOFURTI**  
**CHAE LIS KOCHII,**  
o Æra Christianæ  
I. loc XLIII.